



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXXI. Graf Heinrich von Henneberg verleiht als Hauptmann der Brandenburgischen Lande den Bürgern der Altstadt Brandenburg eine früher zum Schlosse Plaue gehörige Heide, am 29. Jan. 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

burg gratiam suam et omne bonum. Vestram fidelitatem nullatenus volumus dubitare, quin omnem gratiam vobis per serenissimum Dominum nostrum, Dominum Lodevicum, Romanorum Regem, genitorem nostrum carissimum, factam et suis literis confirmatam, velimus vobis per omnia confirmare. Et jam hoc fecissemus si copiam illarum habuissemus literarum. Dum enim ad vos venerimus, confirmabimus vobis eandem literas de verbo ad verbum benevola voluntate. Ad quod nihilominus faciendum et implendum nos per presentes duximus fideliter et firmiter obligandum. Datum Stendal sub nostro sigillo anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o. Dominica ante purificationem S. Marie.

Gercken's Fragm. march. I. 66.

XXXI. Graf Heinrich von Henneberg verleiht als Hauptmann der Brandenburgischen Lande den Bürgern der Altstadt Brandenburg eine früher zum Schlosse Plawe gehörige Heide, am 29. Jan. 1324.

Nos Hinricus, dei gratia Comes minor spectabilis viri B. de Hennenbergh primogenitus, in territorio Brand. Capitaneus, recognoscimus in his scriptis publice protestantes, quod honestis viris et prouidis ciuibus presentibus et futuris veteris Brandenburg ciuitatis inhabitatoribus mericam prope ciuitatem iam dictam sitam cum omnibus pascuis, pratis, graminibus, lignis, ac vniuersis attinentiis et precipue cunctis infra memoratam mericam inclusis a termino aggeris postremi et vltimi fines Obule ab altera parte attingentis vsque ad terminos ciuitatis pretaxate procedentem ad vtilitatem comunium inhabitatorum ex parte domini nostri Ludouici principis illustris Marchionis Brand. contulimus presentibus et conferimus libero nostro arbitrio pollicito simul et de consensu eadem sub forma, sicuti ipsa merica sepius tacta a dominatu castri et terre antique Plawe diutius est possessa. Quam quidem Mericam vt superius est expressum ciuitatenses predicti perpetuo possidebunt hereditarie libere pacifice et quiete. Insuper adiciunt quod quandocunque litere similes istis a domino nostro Ludouico Marchione Brandenburg, super hoc negotium suis patentibus confirmantur instrumentis, extunc litere nostre presentes penitus deleri debent. In cuius rei et facti euentiam firmiorem has literas presentes super hoc confectas sigilli nostri munimine fecimus roborari, presentibus quam plurimis fide dignis. Datum et actum in veteri Brandenb. ciuitate anno domini M^o. CCC. XXIV^o. die dominica ante beate virginis purificationem.

Gercken's Fragm. march. III. 52 u. 57.

XXXII. Markgraf Ludwig bestätigt die Privilegien der Altstadt Brandenburg, am 2. Febr. 1324.

In nomine domini amen. Lodewicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Rheni, dux Bavarie, sacri Romani imperii archicamerarius, fidelibus suis et dilectis consulibus atque universitati burgensium in antiqua Brandenburg presentium et futurorum gratiam suam et omne bonum. Cum frequens et assiduus in eo noster debeat figi cogitatus, quomodo subditorum nostri dominatus commoda latissime ampliemus, in eos tamen subditos, quos major commendat fidelitas, favorem nostre clementie compellimur ex debito diffusius infundere speciali. Hinc